Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

et ab ipso abysso reatum hominem sublima
re. Si enim prae pharisaeo publicanum salua
uit. latronem ante apostolos in paradisum
duxit. Illa uero et meretricem magistram est
penitentem. Ceterum si iniusticie delicta humilitas
tam facile currit ut sibi uiam iusticie
tueatur: si iusticie coniunxeris eam quo
non ibit? Assistet ipsi tribunali diuino in
medio angelorum cum fiducia multa. Rur
sus si fastus coniunctus iusticie eam de
primere potuit: si coniunctus sit peccato: in
quantum gehennam detrudet? Hec di
co non ut negligamus iusticiam: sed ut ui
temus iusticiam fastum. **Theoph.** Sed for
sitan mirabitur quis quomodo pharisaeus cum pau
ca uerba sue laudis protulit: condempnatur.
Job uero cum plurima fudit coronatur. Eo scilicet
quod pharisaeus talia dicebat criminando alios
nulla ratione cogente. Job uero urgentibus eum
amicis et pressuris prementibus coactus est pro
pias uirtutes referre ad dei gloriam. ne ho
mines desisterent a proposito uirtutis. **Beda.**
Typice autem pharisaeus est populus iudeorum qui
ex iustificationibus legis extollit merita su
a. Publicanus uero gentilis est: qui longe
a deo positus confitetur peccata sua. quorum unus
superbiendo recessit humiliatus: alter lamen
tando appropinquare meruit exaltatus. **Theoph.**

Afferebant
autem ad illum in
fantes ut e
os tangeret.
Quod cum uide
rent discipuli
increpabant i
llos. Ihesus autem

Post peccatum humili
tatem deus docet per
ea que fecit. non re
pellens sed gratanter
paruulos admittens.
Unde dicitur. Afferebant
autem ad illum infan
tes ut eos tangeret.
Aug. Cum alium
est tangendi nisi
saluatori: sed si
saluator est sal
uandi obtulerunt illi
qui uenit saluum
facere quod perierat. Sed
isti perierant quantum

conuocans eos
dixit. Sinite
paruulos ue
nire ad me
et nolite ueta
re eos. Talium
enim est regnum
dei. Amen dico
uobis. Quicumque
non acceperit r
egnum dei si
cut puer: non
intrabit in illud.

ad ipsos pertinet
innocentes: sed
secundum apostolum per unum
hominem intrauit
peccatum in orbem ter
rarum. Ueniant
ergo paruuli ut lan
guidi ad medicum.
perditi ad redemptorem.
Ambr. Durum
autem aliquibus uideri
potest quod discipuli domini
infantulos adi
re prohibebant. Se
quitur enim. Quod cum uidis
sent discipuli incre
pabant illos. Sed
uel misterium intelli
gas uel affectum. Ne
que enim hoc inuide
rent priores nec asperitate
faciebant:
sed sedule famula
tus obsequia domino
deferebant ne com
primeretur a turbis.
Respuenda dixere est utilitas nostra: sed
diuinitatis iniuria est. In misterio autem:
quod prius saluari populum iudeorum ex quo
per carnem nati fuerant gestiebant.
Sciebant quidem misterium quod utrisque populis
uocandis deberetur. Nam et per chananeam
mulierem supplicauerunt. Sed fortasse adhuc
ordinem nesciebant. Unde sequitur. Ihesus autem
conuocans eos dixit. Sinite paruulos
uenire ad me et nolite uetare eos.
Talium enim est regnum dei. Non etas pre
fertur etati: alioquin obesset adolescere.
Cum ergo pueros aptos dicit esse regno ce
lorum: fortasse quod maliciam nesciant. et
fraudare non nouerint. referire non
audeant. seruitari ignorent. opes
honorem. ambicionem non appetunt.
Sed non ignorare ista uirtus est: set

de uerbis dd.